Bibliothèque numérique

medic@

Bazin, Simon - candidat / Ponson, Pierre - président. - An ut Convulsio, Sic Paralysis à Causis Contrariis ?

1598.
[Paris]
Cote : ms 73 n°268

PARIS biuSanté

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x02x0268

Ad Quodlibetaria

Quæstio Medica

Matutinis Excutienda Disputatõib. In Scholis Medicorum Die Jouis 8.a Januarii.
Spectatiss. Viro M. Petro Ponçon Doctore Med. moderatore prudentiss.

An ut Conuulsio, Sic Paralysis à Causis Contrariis?

Cerebrum humanum [illegible] ἐδραῖον et omnium corporis partium κυριώτατον mole et dignitate caeteris antecellens, animalis Imperii sensus motusque proreatico definiti excelsa sedes, quam in se continet vim sensoriis motoriisque organis Impertit, facultatis utriusque vna cum rectore spiritu animali facta Irradiatione per neruorum seu funiculorum solam substantiam, quae licet delicato duriusculoque cerebro sit simillima, Imo eadem, tamen in officio excauata ubique vero [illegible] cratinam et germanam retinet temperiem principii a quo deriuantur omnes, tum molles, tum duri, nullo consistentiae ortusve discrimine certo, sensui motuique dicati: quamquam ex Illis multi ab anticâ cerebri parte promanantes sensum, ex hac vero plurimi à posticâ motum partibus suppeditant.

Quorum omnium mutuis beneficiis, officiisque vinculo gaudet, floretque animantis œconomia, sic In manifestissimam Illarum facultatum atque Conuulsio et paralysis Irruunt truculentae: Illa enim licet musculi (qui proximum est motus voluntarii Instrumentum non nerui) ad caput vel In motu secundum naturam quamquam contra προαίρεσιν contracti actionem non Imminuat aut rescindat, sed deprauet, tamen cerebri ἐμπρόσθεν affectio est morbusque partis Illius organicus, cui ὄρεξις et [illegible] φαντασία motus proaretici causa primaria Insidet, unde corpus totum conuelli, non prius affecto cerebro, videre nunquam: hinc et conuulsi aliquando phrenitici aliâsque φρενι, nonnunquam et comatosi, capitis grauati saepissime.

Conuulsio omnis vel primaria est cerebri affectio, Ideoque totius corporis, unde periculosa: vel per consensum. Primaria triplex, ἐμπροσθότονος ad anteriora, ὀπισθότονος ad posteriora trahitur, et ex utroque conflatur tetanus, qui Intra quatuor dies aut perimit aut soluitur: consensus itidem duplex, vel humoris, seu vapore mordaci vel qualitate [illegible] (nam spiritalium hic nulla est via) ad cerebrum transmissa. Eiusmodi febris sunt tremor musculorum [illegible], Motus palpebrae, strabismi oculorum, et Gonorrhaea, si cum tensione penis conuulsio: Harum Causae sunt νέρωσις cum febre, παρέσεως sine febre grauis, Illa vix periculi expers cerebri propria est, non neruorum (quorum principio suo sano cordarum Instar tendi, ut conuulsionem citant fabulae simillimum) haec, nisi In febribus post [illegible], lecta vel plurimum praecipue si cum quartanâ, non neruorum origini tantum sed ventriculo, utero, vesicae, caeterisque partibus inflammatione [illegible] relatis, vel vulnere (ex quo conuulsio lethalis) communicatur: calor Insuper et frigus Intensa, ebrietas ex aequo Infusa conuulsiones pariunt.

Paralysis vero conuulsioni contraria, cerebri affectus, si vincula sua languescat corpus, vel neruorum, si partes tantum, cum sensus vel motus (quorum alter perire potest, altero Incolumi) vel utriusque laesione. Unde triplex, quae fit vitiato sensu leuis, quae motu praedito grauior, quae utroque periculosa, stupore tamen omnes timendae magis: haec si totam corporis occupet molem, leuato communi nomine est paresis, si dimidiatam paraplexia, quae epilepsiam nonnunquam, apoplexiam frequenter finit, si respirationis instrumenta ἄτονία, si vocis ἀφωνία: sic adempto dialecto lingua, tractis facultate Imbecilla stomacus, relaxatis sphinctéribus, vesica et anus paralysim patiuntur. Haec Indicant non dolor, non tumor, non urina, non faeces, sed pulsus stupiduc tardus vero et Imbecillus, aliquando creber, sed Intermittens eadem comitatur, et gravitatis sensus, aliquando cum pauoribus, quae In his morbis cum apparuerint sape mala.

Ut conuulsionem sic paralysim causae Insequunt contrariae, cerebri nempe, aut neruorum mollities, a calore etiam sine materia, vel ab humore [illegible], et [illegible] à frigore, vel humore sicco, [illegible], maxime post tertianam: obstructio à crassa [illegible] succis In otiosa vita, multitudine ciborum, excrementorum [illegible] luxuriantibus: compressio à corpore duro externo, vinculo, manibus constringentibus, vi emae partis [illegible], ossis luxatione, praecipue vertebrarum quae triplex est, λόρδωσις ad Interiora, [illegible] In obliquum flexio: quarum duae priores non resoluunt si fiant κατὰ βραχὺ, sicut posterior si In lumborum spondylis contingat: quod si In ceruicalibus non solum paralysim In ea parte ad quam spinalis ipsa medulla deflectitur eiectis grauem, sed etiam in oppositâ spasmum: si In thoracicis demum omnia quam In priori leuiora.

Ergo ut Conuulsio, sic Paralysis à caũis Contrariis.

Ponebat Simon Bazin Lutetianus. 1598.

Domini Doctores Disputaturi

M. Petrus Paulmier
M. Petrus Ponçon Pras.
M. Anthonius Quiquebeuf.

M. Jacobus D'Amboyse. Med. Reg.
M. Jacobus Cousinot.
M. franciscus Dupont.

M. Sulpicius Riguet.
M. Joannes le Pescheur.
M. Bartholomaeus Perdulcis.

F.M.P.